

## Werk

**Titel:** Tobiae Pfanneri, De Catechumenis antiquae Ecclesiae Liber

**Autor:** Pfanner, Tobias

**Verlag:** Boetius; Litteris Mullerianis

**Ort:** Gothae; Francofurti; Vinariae

**Jahr:** 1688

**Kollektion:** VD17-Mainstream

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN740847600

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN740847600>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=740847600>

**LOG Id:** LOG\_0011

**LOG Titel:** Caput V. De Praeparatione Competentium ad accipiendum baptismum

**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

dientium ordinem redigebantur,  
 ne ad Baptismū ocyus pertingerent, <sup>6.3.8 140</sup>  
 suis criminibus impediti; qua de <sup>P. 274.</sup>  
 re jam supra, ex Canone quodam, <sup>d. Chf.</sup>  
 Neo-Cæsariensi à nobis mentio <sup>1. 8 2.</sup>  
 facta eamque cum jam ita pertra- <sup>add. in</sup>  
 ctarii Antiquitatis sacrae peritissi- <sup>Can. 10.</sup>  
 mus Albaspinæus, ut nihil alienæ, <sup>Concil.</sup>  
 nil certè nostræ in ea industriae, <sup>Elib. p.</sup>  
 quidquam reliquum fecerit, tam <sup>297. in</sup>  
 egregium; Auctorem laudasse suf- <sup>Can. 11.</sup>  
 ficiet. <sup>Concil.</sup>  
<sup>Nic. p.</sup>  
<sup>350.</sup>

## CAPUT V.

De

*Preparatione Competen-  
 sium ad accipiendum bap-  
 tismum.*

I.

**C**Atechumanatūs spatia ferè  
 Cemensis, atque spei accipien-  
 di Baptismi jam prioribus eò  
 instantior meritò cura erat, cultui  
 orna-

ornatuique studere, quò, Patri Deo, sponso Servatori, & quæ tali maximè iobole gaudet, Ecclesiæ, quantum fert conditio mortalitatis, placere possent. Ad id imprimis opus erat mutato in pœnitentiam animo, qui vitæ improbè hactenus actæ offensique Numinis conscius, de peccatis suis ita doleret, atque de cœlesti ira in se conciperet metum, ut omni salutis spe ad divinam Clementiam collata, eam sibi admissorum dolore, faciliorem redderent, peccata velut quadam innocentia commutaturi, si peccasse pœniteret, animumq; ad vitam factius agendam adjicerent. Neque alia conditione, sui baptismatis copiam Joannes fecerat, pœnitentiæ præpositus, sine qua frustra divinam gratiam ambieris, cujus nulla cum studio improbitatis societas, nulla conciliatio est.

To. IV.  
de fid.  
& oper.  
c. 6.

dens,

Dens, qui baptismi copiam etiam  
istis faciendam censebant, quos  
vitiolorum adhuc consuetudine at-  
que oblectatione teneri vix ipsi  
dissimulabant, modò doctrinà me-  
liori, quantum satis, imbuti essent,  
*Quomodo, velut indignans per-*  
*cunctatur, ad illa sancta recusans*  
*correctionem admittitur, quo recu-*  
*sans observationem (abstinentiam*  
*videlicet à voluptate matrimonii,)*  
*non admittitur conjugatus? Et*  
quâ fronte ad tantæ sanctitatis  
dignitatisque mysterium provola-  
rent, admitterenturque homines  
adeò adhuc animis illoti? in tan-  
tis criminibus, quæ desvescere,  
adeò molestum, non post baptismū  
minus permansuri, *futuri scilicet,*  
uti idem ingeniose atque elegan-  
ter, *etiam post baptismum, non novi*  
*homines, sed rei veteres: ut videli-*  
*cet perversitate mirabili prius eis di-*  
*catur, Induite novum hominem,*

Et cum induti fuerint, postea dica-  
 tur: Exuite veterem: cum Apосто-  
 lus sanum ordinem tenens dicat:  
 Exuite veterem, & induite novum,  
 & ipse Dominus clamet: Nemo  
 affuit pannum novum vestimento  
 veteri, & nemo mittit vinum no-  
 vum in utres veteres. Lavacrum  
 de poe- nit, 6. 6. illud, uti egregiè hanc in senten-  
 tiam Tertullianus, ob signatio est fi-  
 dei, quæ fides à pœnitentiæ fide inci-  
 pitur & commendatur. Non ideo  
 abluimur, ut delinquere desinamus;  
 sed quia desimus, quoniam jam cor-  
 de lotissimus. Hæc enim prima Au-  
 dientis intinctio est, metus integer.  
 Pœnitentiâ igitur maximè opus  
 baptismi Candidatis, cujus modò  
 vero sensu tangerentur, benè de  
 venia sperare jubebantur, quos sin-  
 cerius divinæ gratiæ baptismo ob-  
 tinendæ desiderium ceperat. Cy-  
 rillus, quid poenitentia possit, Ra-  
 chabæ exemplo, scēminas ejusdem,  
 quam

Catech.  
 illum. 2.  
 Coh. 2.  
 Lit. C.

quam  
 libidi  
 Raab,  
 litem  
 que se  
 centia  
 fornic  
 centia  
 Atque  
 alibi  
 dens,  
 mine.  
 Christi  
 hilom  
 nitent  
 Quod  
 crucif  
 men a  
 qui ac  
 taban  
 viri p  
 vuln  
 ruina  
 Quo

quam ista quondam exercuerat, libidinis reas edoctrurus, *Asspice Raab, o mulier; Et sperem tu quoque salutem; nam si ea que aperte publice que scortata est, salvata est per poenitentiam; nunquid qua semel tantum fornicata est ante gratiam, per poenitentiam Et jejunium non servatur?*

Atque salutarem ejus vim etiam alibi eorum documento osten-

dens, quos maximo omnium crimine, damnati scilicet atque occisi

Christi, obstrictos, ad gratiam nihilominus, & qua hæc paratur, poenitentiam, Petrus invitaverat.

*Quod majus esse potest scelus, quam crucifigere Christum? Et hujus tamen ablutio est baptismus. Nam illi, qui accedebant ad Dominum, sciscitabantur dicentes: Quid faciemus viri fratres? Magnum enim hoc vulnus: Perculsisti nos Petre nostrâ ruinâ, dicens; Ducem vitæ occidistis; Quod emplastrum dabitur tanto ul-*

ceri? *Quæ salus in hac perditione?*  
 Pœnitentiam (*inquit*) agite & baptizetur unus quisque vestrum in remissionem peccatorum.

II. Et quidem, ut quantis possent humilitatis officiis, Deum ad misericordiam inlicerent, veniamque ante actæ vitæ apud offensum Numen sibi compararent, crebris precibus, vigiliis, jejuniis animum testabantur, suo dolori, atque pœnitentiæ immersum, degustandæ divinæ benignitati aptiorem, quo plus de diurno victu sibi subduxissent, assiduoque supplicationum officio sibi Numen reddidissent amicus. Clemens, uti se se fert,

*Clem. ep. 3. Episcopus R. Si quis ergo fidelis voluerit baptizari -- accedat ad sacerdotem suum, & ipsi det nomen suum, atque ab eo audiat mysteria regni cœlorum, jejuniis frequentibus operam impendat, & semet ipsum in omnibus probet, ut tribus mensibus*

*jam*

*jam consummatis, in die festo possit  
 baptizari. Tertullianus: Ingressurus  
 Baptismum orationibus crebris, jeju-  
 niis, & geniculationibus crebris & per-  
 vigiliis ornare oportet, & cum confessio-  
 ne omnium retrò delictorum. Grego-  
 rius Nazianzenus illustri exemplo  
 Catechumenis, ad quos iste sermo,  
 ostensurus, quàm non semper tutò  
 Christi ad actiones nostras res com-  
 ponere liceat: Christus paulò ante  
 tentationem jejunavit: nos ante Pa-  
 scha. Jejunium unum idemque est: at  
 utriusq; temporis non parva est diffe-  
 rentia. Ille enim jejunium adversus  
 tentationum impetus objecit, nobis  
 autem hoc jejunio significatur, cum  
 Christo emoriendum esse, ac profestè  
 cujusdam purgationis vice est hujus-  
 modi inedia. Jam ille totos qua-  
 draginta dies à cibo abstinebat, utpo-  
 te Deus: nos autem ad virium nostrarum  
 modulum jejunium attemperavi-  
 mus: etiamsi quidam Zela im-*

de Bapt  
 c. ulto

Greg.  
 Nazi-  
 anz. o-  
 rat. 40.  
 p. 635



*pulsi ultra virium facultatem in jejunando profiliant. Atque hisce*

*Juzf. M. vetustior Justinus M. cujus nescio*  
*apol. 2. qua incuriã nobis olim inobserva-*  
*Dall de ti nos eruditissimus Dallæus ad-*  
*cultib9 monuit: Jejunare (baptizandi)*  
*lavin docentur, nobis unã cum illis oranti-*  
*relig. l. bus & jejunantibus. Et tantum*  
*2. c. 2. p. huic jejunio tribuit, quem modò*  
*LI. laudavimus, Dallæus, ut id partem*

*Aff. A. baptismum inituris indixerit. Per-*  
*post. II. tinet hac iste Canon Concilii Car-*  
*38. thaginensis quinti: Baptizandi*  
*Can. 85. nomen suum dent, & diu sub absti-*  
*nentia vini & carniũ, & manus*  
*impositione crebra examinati bap-*  
*tsmum pereipiant.*

III. Præterea veteris hominis,  
 uti scitè Augustinus, *lutulenta ne-*  
*gotia, contractasque de peccatore*  
*limo sordes salutari lavacro eluitu-*  
*ris, atque per baptismum amisso*  
 ho-

honorū restitui atq; inaugurari cupientibus aut necesse aut congruū videbatur, patratōrū hactenus criminum veniam eorum confessione velut exprimere, & quo ignoscētiorem haberent Deum, sua mala haud ignaro, atque Sacerdoti, (publicè enim atque coram aliis id factum negat Albaspinæus, quod *2. Obs. 1.* quidem nunc in medio relinquimus, ) profiteri, & quam delinquendo cumulaverant culpam, agnitione minuire. Apud Auctorem Hierarchiæ Ecclesiasticæ Baptismo sese offerens, Dei privationem, ignorantiam veri boni, atque *sacram. illustr.* actionis divinæ vitæ vacuitatem *p. 13.* apud Sacerdotem, præsentem quidem, contra sententiam, uti videtur, (44.) Albaspinæi, sacro cœtu, accusat, simul obsecrans, ut isto quasi sequestre, Deo, & iis quæ ad Deum pertinent, potiri sibi liceat. *Ter. de Bapt. c. ult.* tullianus loco supra relato, inter

Gregor.  
Naziã.  
d. Orat.  
p. 633.

alia Baptismum adituro solennia, etiam confessionem omnium tetro delictorum recenset. Gregorius Nazianzenus, forsan non sine aliquo erroris nævo; *Ne peccatum tuum confiteri graveris, sciens quo pacto Joannes baptizaverit: ut per hujus vite pudorem futuri seculi pudorem ignominiamque fugias, (nam hæc quoque sempiterni illius supplicii pars est,) ac perspicuum facias, te serio atque ex animo peccatum odisse; dum illud tanquam contumeliã dignum traducis, ac velut ludibrio exponis, de eo triumphum agis, quibus & ipsis ad Confessionem publicè faciendam respexisse videatur, cujus majori meritò verecundiã attinebantur homines, occultorum sibi facinorum conscii, & quorum certiores alios reddere, propudiosum videri poterat.* Cyrillus ad Baptismi Candidatos: *Exuite veterem hominem, qui corrumpitur se-*

Cyriil.  
Catech.  
l. sub pr.

scun  
exu  
duu  
tus,  
vit i  
anin  
tessu  
de si  
temp  
que  
pere  
fite a  
die  
tem  
men  
dore  
face  
Nat  
adm  
um  
nis,  
vid  
con  
rei c

*secundum concupiscentias erroneas: exiite autem per confessionem, ut induatis novum, eum qui est renovatus, per agnitionem ejus, qui creavit illum. Atque aliquando post, animi sententiam, & quid Confessionis vocabulo velit, certius designans: Tempus presens est tempus confessionis. Confiteare, que perpetrasti, sive verbo sive opere; sive noctu, sive interdiu: Confitearis tempore acceptabili, & in die salutis. Ejusque rei utilitatem regio Davidis exemplo commendans, & velut demulcens pudorem, quem confessio criminum facere queat, post recitatam, qua is Nathani, regem acerbis verbis ob admitta facinora accusanti, sese re- 2. Colo um præbuerat, Confessionem, Cer- 63. C. nis, subjungit, humilitatem Regis? vides confessionem? non enim erat convictus ab aliquo, non multi illius rei conscii fuerunt. Celeriter trans-*

*egenat negotium, & Propheta adest  
illicò accusator, & delinquens faci-  
nus confitetur: quod cum ingenuè  
fessus est, celeriter percipit medici-  
nam; totà ista & proximè priori-  
bus Catechesibus maximè sata-  
gens, ut quanta pœnitentiæ atque  
confessionis virtus sit, baptismi  
Candidatos instrueret.*

IV. Ad pœnitentiam, animique  
divinam in se indulgentiam requi-  
rentis sinceritatem pertinebat, con-  
ceptas in alios iras ommittere, &  
condonare acceptas ab hominibus  
injurias homines, fœdus cum Deo  
inituros, cujus potissima de san-  
cienda delictorum venia atque ob-  
livione conditio est; difficiliorem  
habituri, si ipsi offensarum dolo-  
rem memoriamque animis reti-  
nuissent, neque si quid secius fa-  
ctum, condonari debere, & quid  
debeat supremam Numinis maje-  
statem, tot criminibus violatam, in  
quam

quam atrocissima est, quantum-  
cunque levis videatur, injuria, suo  
velut exemplo ostenderent. Cyril-  
lus, inter alia, quibus Baptismi  
Candidatum ad capeffendum tan-  
tum munus, præcepta, exornat:

*Reputa, si quid contra aliquem ha-* Catech.  
*bes, ac dimitte. Accedis acceptu-* subfin.  
*rus peccatorum remissionem; neces-*  
*se est, ut & tu delinquenti ignoscas.*  
*Qua fronte enim diceres domino;*  
*Remitte mihi multa mea peccata;*  
*si tu pauca conseruo tuo non remi-*  
*seris?*

V. Jejuniis, precibus atque  
pœnitentiæ operam dantes, suo-  
rumque delictorum immorantes  
mœrori, absurdum erat, volupta-  
ti indulgere, qua etiam permiffâ,  
sua sponte abstinere, quorum ani-  
mi dolore suo occupati, qualem-  
cunque gaudii sensum aut aver-  
fantur aut nesciunt. Hinc alie.  
num à professione pœnitentiæ vi-  
sum,

Gregor.  
Naz. d.  
orat. 40.

August.  
de fid.  
& oper.  
c. 6.

sum, cum uxore Catechumenum  
deliciari, Baptismo proximum,  
ideòque jejuniis, precibus, similis-  
que pietatis exercitiis magis in-  
tentum, Augustinus adversus istos  
differens, qui etiam hominibus suis  
adhuc sceleribus insistentibus ba-  
ptismi subeundi facultatē dandam  
arbitrabantur; Quo (ad baptismū,)  
*sine dubio non admitterentur, si per  
ipsoſ dies, quibus eandem gratiam  
percepturi, suis nominibus datis, ab-  
ſtinentiā, jejuniis, exorcismisque  
purgantur, cum suis legitimis & ve-  
ris uxoribus se concubituros profite-  
rentur, atque hujus rei quamvis alio  
tempore licite, paucis ipsis solennibus  
diebus nullam continentiam ſervatu-  
ros. Eadem ſcilicet ratione, qua  
etiam ab uxoribus ſibi tempera-  
bant, quibus animo erat fatiſcen-  
tem animam, ſacris, quas Eccleſiæ  
ſuæ perennes voluit divinus Con-  
vivator, epulis, reficere. Sic iterum*

d. Temp.  
Sermon.  
244.

Au-

Augustinus, ( si is sermonis istius  
 Auctor est; ) *Inveteri testamento  
 legimus, si quis nocturno pollutus fue-  
 rit somno, non manducet carnes sa-  
 crificii salutaris, ne pereat anima  
 sua de populo. Si post pollutionem,  
 qua nobis nolentibus fieri solet, nobis  
 communicare non licet, nisi prius  
 precedat compunctio & eleemosyna,  
 & si infirmitas non prohibet, etiam  
 jejunium, quis est, qui potest dicere;  
 Illud quod vigilantes ( mariti qui-  
 dem cum uxoribus ) facimus, non  
 esse peccatum? Atque paulo post,  
 istos increpans, qui cupiditati,  
 frena ita laxabant, ut sanctitate  
 disciplinæ Christianæ haud indi-  
 gnum ducerent, etiam isto tempo-  
 re, quo ad Cænam illam accessuri  
 erant, conjugibus frui, Quotiens  
 ad Ecclesiam in qualibet solennitate  
 venitis, & Sacramenta Christi per-  
 cipere volueritis, ante dies plures  
 castitatem servate, ut cum secura*



*conscientia ad altare Dei possitis ac-  
 cedere; qui enim, subjiciens, bonus  
 Christianus est, ante dies plures,  
 quam communicat, castitatem ser-  
 vat; ut ad officii Christiani decus,  
 non legis Ecclesiasticæ regulam  
 necessitatemve, ista exacta agno-  
 sceres. Et verò cum tempore,  
 quadragesimali, precibus quippe  
 jejuniis, ceterisque humilitatis  
 Christianæ officiis maximè desti-  
 nato, etiam voluptatis istius, quæ  
 conjuges invicem oblectantur, so-  
 lennes quædam agerentur indu-  
 ciæ, nihil Competentibus injuriæ  
 fiebat, si ab uxoribus etiam ipsi fe-  
 rriari jubebantur, isti disciplinæ pe-  
 culiari quadam ratione adstricti.  
 Testatur id suisque Competenti-  
 bus imitandum proponit Augusti-  
 nus, *Quam rem etiam, isto, quem  
 modò retulimus, loco, dicere per-  
 gens, per totam quadragesimam, Et  
 usque ad clausulam Paschæ fideliter*  
*custo-**



τίμιος ὄγαμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος; εἰ δὲ ἀπὸ τῆς ἀμιάντου κοίτης ἀνισάμωρος ἔτολμας ὄχησε, &c. Tu verò eo die, quo liberis legitimè operam dedisti, quamvis crimen illud non sit, orare tamen non audes; An non audisti Paulum dicentem, honorabiles esse nuptias ac lectum incontaminatum? quòd si ab incontaminato resurgens lectulo times ad orandum accedere: &c. Atque alibi eandem casti-

in Joann. moniam ita celebrans, ut tamen  
homil. non omnium esse, aut communi lege  
62. p. usuve receptam, simul indicet,  
326.

καὶ αὐτῆς ἀπέχονται οἱ πολλοί, ὅτι ἀννησίας καὶ ῥόδου ἢ ὅτι αὐτὸς ἔσθ-

Hieron. χῆς. Ab uxore sua multi jejunii &  
adversus orationis tempore abstinent. Hie-  
Jovinian. ronymus pro more quidem in  
an. lib. alteram partem nimius, post rela-  
1. Tom. ta Apostoli verba, Conjuges, ne  
2 p. 18. se matrimonii usu invicem, frau-  
Col. 1. dent  
lit. 5.

dent, nisi fortè ex consensu, quo liberius Orationi animum intenderent, commonentis; *Orote*, Jovinianum insultans interrogat, *quale illud bonum est, quod omne prohibet? Quod corpus Christi accipere non permittit?* Majori moderatione atque minus cum Imperio Gregorius Nazianzenus, suadendi magis auctoritate, quàm potestate, animove jubendi, postquam baptizato etiam legitimas matrimonii voluptates permisisset, *Hoc unum à te posco*, (subjicit, Catechumeno loquens ad baptismum alliciendo,) *ut & à Baptismo securitatem accipias, ac vicissim hoc munus baptismi rependas, ut certo tempore, hoc est, quamdiu, assignatum Orationi tempus, omni occupatione prestabilius fluit, à re uxoria abstineas, idque ex communi consensu & approbatione. Non enim legem sancimus, sed consilium damus, ac tuo-*

Gregor.  
Naz.  
Orat. 40  
p. 624.  
626.

rums

rum aliquid ad utilitatem tuam, communemque utriusque vestrum securitatem accipere volumus: Atque istud esse arbitror, quod Idem paulo ante adverterat, uti belli & pacis, sic matrimonii ineundi, & à matrimonii usu abstinendi, sua cuique temporasse.

VI. At verò, cùm turpissimum fuerit, doctrinæ, quam profiteri, ignorantiam teneri, meritò erudendis iis tum maxima industria adhibebatur, cùm jam eò pervenissent, ut posito Carechumenatu, in Fidei nomen conditionemque migrarent; Quò videlicet, uti

*Walafridus Strab de Reb. Eccles. c. 26.*

*apud Hieron. in su. Tom. I.*

Walafridus Strabus, scire & intelligere possent, quid emolumenti in baptismo consequendum, quid confitendum atque credendum, quid postmodò renatis in Christo esset servandum.

Meminit Gennadius Nicetæ cujusdam, Romanæ Civitatis Episcopi, (Anicetum forsan dicere voluerat

Gen-

Gennadius, nisi à Gennadio ita scriptum in Nicetam librarius corruptit, quale quidem nomen in Episcoporum Romanorum fastis frustra requiras,) qui sex pro Competentibus instructionum libellis conscriptis, primo de moribus & qua vitæ probitate sese ad tantum honorem capessendum comparare debeat, qui ad Baptisum adspiret, Competentem instruxerit; secundo errores, quæ Gentilitas laboret, tertio fidem unicæ majestatis, Divinitatis videlicet unitatem, quarto Genethliacæ artis vanitatem, quinto de symbolo, postremo denique de victima Agni Paschalis tractarit. Gregorius Nazianze- nus Baptismi Candidatos ita instruit, ut de Trinitate, Creatione mundi, ejusdemque quod penes Deum est, regimine, Numinis sanctitate, omnis mali, quo misera mortalitas contaminatur conflictatur- que,

d. Orat.

40. p.

644.

648.

que expertis, neque invidiã procuratã tantã labis onerandi; qua amoris magnitudine supremus iste terrarum ac siderum Auctor, hominibus sponte annumeratus, ne perpetuo periremus, vitã nobis sua morte auxilium tulerit, extremo qui orbi tandem illucescet die, vitã collocatã rationem repetiturus, suos edoceat. Adquam fermẽ Christianã religionis formam etiam Cyrillus auditores componit, qui prima Christianismi rudimenta ita jam Ecclesiã approbaverant, ut propediem Catechumenatu exituri sacre Civitatis jura beneficio baptismi acciperent, ad capita videlicet, de Deo, Christo, humani generis adeo amante, ut in gratiam ejus ne nostram quidem conditionem, & quibus hæc obnoxia est, molestias calamitatesque, quovis denique alio mortis genere scedius supplicium subire dedignaretur; de

*Cyriil.*  
*Catech.*  
*4. l. l. hum.*

de illius in vitam reditu, in cœlos  
 adscensu, atque horrendo isto,  
 quod supremum expectamus, ju-  
 dicio, summam doctrinæ Christia-  
 næ revocans, plenius videlicet, ac-  
 cnratiusque iis tradendæ, quibus  
 sacræ civitatis jura jamjam com-  
 municatura erat Ecclesia. Atq; istud *de fid.*  
 est, quod Augustinus loco supra *Et oper.*  
 allato dicit, id quod ad perficien- *c. 6. cit.*  
 dos Catechumenos per omne tem- *supra c.*  
 pus agatur, istud multo diligen- *3. n. 9.*  
 tius atque instantius hisce diebus  
 fieri, quibus Competentes vocen-  
 tur, qui ad percipiendum bap-  
 tismum jam sua nomina dederint;  
 istorum errorem reprehendens, qui  
 in Catechumenis fidei tantum,  
 doctrinâ imbuendis occupati nul-  
 lam morum vitæque probitatis, cu- *d. tract.*  
 ram habendam putabant, haud ita *passim.*  
 difficulter etiam pravos, neque  
 pœnitentiam spondentes ad Bap-  
 tismum admissuri, modò capita re-  
 ligio-



ligionis satis didicissent; alibi etiam, qua ratione Catechumeni erudiendi, qualiter peculiariter docti, Grammatici atque Rhetores, pluribus edocens. Atque ad hoc Catechesium audiendarum studium atque patientiam suos cohortans

Cyrillus, earumque præ homiliis hac saltem in re necessitatem utilitatemque commendans, aliquatenus quidem prolixius: *Perseveres in Catechesibus, etiam si longo sermone producantur, ne forte aliquando mens tua deficiat. Arma enim accipis contra adversarias potestates: arma capis adversus hæreticos, adversus Judæos & Samaritas & Ethnicos. Multos habes hostes, multa tela accipe. Cum plurimis hastâ concurris. Opus ergo est discere, quomodo transfigas Græcum, quomodo pugnes contra hæreticum, contra Judæum & Samaritam. Accipe hanc admonitionem, ut ea que in*

Cate

Cyrill.  
Proca-  
tach.

Catechesibus traduntur, sic discas, quò possis ea in perpetuum custodire. Non existimes, institutiones istas esse similes Homiliis: Quamvis & illa bona sint, & fide digna, tamen si quid in illis hodie neglexerimus, cras discere poterimus. Hac verò, qua de lavacro regenerationis per ordinem tradimus documenta, si hodie neglexeris: quando tandem corrigentur? Existima, tempus id esse plantationis arborum, quo nisi fodiamus & inseramus, quando tandem poterit rectius plantari, quod semel est male plantatum? Edificium quoddam esse intelligas Catechesin, ac nisi ordine vinculis constringamus structuram, ne quid laxum & hians reperiat, debile fiet edificium: sed est operæ pretium, lapidem apponi, & angulum angulo conjungi, atque superfluis abscissis, perfectas ades efficere. Ad eundem modum, adferimus tibi tanquam lapides cogni-  
tio-

*tionis: audire oportet de Deo vi-  
vente, audire opus est de Christo,  
audire necesse est de resurrectione;  
& alia per multa de ordine dicenda  
sunt, que nunc tantum summatim re-  
censentur, deinceps verò suo loco satis  
explicabuntur. Si vel unum ex his  
non perceperis, etiamsi primorum  
aut secundorum memineris; & dif-  
ficatorem quidem bene edificat, tu verò  
fluxum & debile habebis edificium.*

*in  
epist. ad  
Ro. IX.  
28. lib. 8.  
p. 582.*

VII. At verò cum non com-  
modior docendæ addiscendæque  
religionis ratio esset, quàm quæ  
symbolo ut vocant, Apostolico,  
brevissima scilicet operâ, expedi-  
tur, in quo uti non in eleganter,  
Origenes, totius mysterii summa  
paucis nexa continetur sermoni-  
bus, in eo maximè tradendo ex-  
plicandoque versabantur, quibus  
erudiendorum Competentium  
provincia obvenerat; ut ad quod  
respondendum erat, cum in ipsis  
bapti-

baptisimi solennibus de fide sua isti interrogarentur. Cyprianus, *lib. 1. ep. 6. ad Magnū* contra Novatianos, aut eos potius, qui baptismo etiam apud Novatianos, aut quoscunq; hæreticos, ritè ceteroquin accepto, suam vim asserabant. *Quòd si aliquis illud opponit, ut dicat eandem Novatianum legem tenere, quam Catholica Ecclesia teneat, eodem symbolo, quo & nos baptizare, eundem nosse Deum patrem -- ac propter hoc usurpare eum potestatem baptizandi posse, quod videatur in interrogatione baptisimi à nobis non discrepare, sciat quisquis & hoc opponendum putat, primùm, non esse nobis unam & schismaticis symboli legem, neque eandem interrogationem. Nam cum dicunt: Credis remissionem peccatorum, & vitam æternam per sanctam Ecclesiam? mentiuntur in interrogatione, cum non habeant Ecclesiam.* Quò etiam Idem alibi *Ep. 12.*

tendens: *Sed & ipsa interrogatio, que fit in baptismo, testis est veritatis. Nam cum dicimus: Credis in vitam aeternam, & remissionem peccatorum, per sanctam ecclesiam; intelligimus remissionem peccatorum non nisi in Ecclesia dari.*

*Ambr.* Ambrosius Marcellinæ sorori referens, de negotio Basilicæ Mediolanensis, Auxentianis iussu Imperatoris tradendæ; *Sequente die, postquam scilicet primum postulanti-um impetum represserat, erat autem Dominica, post lectiones atque tractatum dimissis Catechumenis, symbolum aliquibus Competentibus in baptisteriis tradebam Basilicæ.*

*August.* Augustinus: *Symbolum didicistis, ubi est regula fidei vestrae.*

*Cyrill.* Cyrillus post sermonem de resurrectione mortuorum ad Competentes habitum, Porro amplius, subjicit, *fidei nostræ confessio iterum atque iterum vobis cum diligentia omni à nobis reci-*

*de tēp. serm.*

*135. pr.*

*Catech.*

*18. Col.*

*192. A.*

rec.  
ritu  
fide  
in u  
rem  
nan  
&  
vita  
the  
Sym  
dies  
in E  
Co  
DI  
bus  
cet  
pra  
ni  
tur,  
mo  
no  
que  
sm  
dis

recitata, --- tum & illud memine-  
 ritis, quod jam proposita fides seu  
 fidei confessio hoc in se continet: Et  
 in unum baptismum pœnitentiæ; In  
 remissionem peccatorum; & in u-  
 nam sanctam Catholicam Ecclesiam;  
 & in carnis resurrectionem; & in  
 vitam æternam. Concilio Aga-  
 thensi, A. Chr. DVI. constitutum, *c. 9. Cō-*  
 Symbolum ab omnibus Ecclesiis ante *gath.*  
 dies Dominicæ resurrectionis publicè *apud*  
 in Ecclesia Competentibus prædicari. *Hartm.*  
 Concilio Bracarensi iterum A. *Concil.*  
 DLXXII. habiti decernitur, ut die- *Tom. 3.*  
 bus viginti Baptismi, quibus scili- *p. 645.*  
 cet ad Baptismum Competentes *646.*  
 præparabantur, omnes Catechume-  
 ni Symbolum -- specialiter docean-  
 tur. Atque id, nisi fallor, in ani-  
 mo habuerunt Concilii Constanti-  
 nopolitani Patres, jubentes, Eos,  
 qui illuminantur, id est, qui Bapti-  
 smum accepturi erant, fidem ad-  
 discere, quæ videlicet symbolo isto

proponeretur. Et præsertim die dominico Palmarum Symbolum Competentibus tradi solitum, ex

*Amal. de Eccl. offic. c. 5* quo *Paschalis Petentium sive Com-*  
*Alcun. de dis. Offic. e. 15.* *petentium*, nomen diei inditum, Amalarius atque Alcinus observant.

VIII. Istud etiam, quamvis non ita magni momenti, præterire nolimus, eo corporis statu religionis dogmata discentes accepisse, ut ne, dum ea res agebatur, genua flecterent. Indicat id Gre-

*Gregor. Naz. orat. 28. p. 473.* gorius Naziazenus, miraculi loco celebrans, quod pater cum Christianismo initiaretur, in genu flexus fidei elementa hauserit, casu videlicet, atque errore, uti videri poterat, gratiam portendente, qua ad sacerdotii dignitatem aliquando evaderet, in quo adhuc tyrone atque novitio sacerdotii forma-

*Jac. Bill. Schol. in Greg. Naz. d. l.* cum institutione Christiana velit coivisset; ubi Jac. Billius adjicit,

præ-

præter morem Catecheseos id factum, quo in genua provolvi Catechumenum, insolens erat.

IX. Illud observatu forte dignius, quòd erudiendis ad Christianismum fœminis etiam aliquando mulieres constituebantur, quæ fidei, quantum ad Baptismum sufficeret dogmatibus sequiorem sibi que similem sexum, instruerent. Extat hanc in rem

Canon Concilii Carthaginensis, *Can. 12. Concil. Carth. A. 398. poster. p. 382.*  
*quo jubetur, ut vidua, vel Sanctimoniales, quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur, tam instructæ sint ad officium, ut possint apto sermone docere imperitas & rusticas mulieres, tempore quo baptizandæ sint, qualiter baptizatori respondeant, & qualiter accepto baptismo vivant.* Et Hieronymus *Hieron. in ep. ad Rom. XVI. l.*  
 ad verba Pauli, Phœben ministerio Ecclesiæ operatam, Romanis commendantis: *Sicut etiam nunc in*



*Orientalibus Diaconissæ mulieres in suo sexu ministrare videntur in ba-*  
*Ziegl. de ptismo & ministerio verbi: quia*  
*Diac. & privatim docuisse fœminas inveni-*  
*Diacono*  
*niss. c.*  
*ult. §. 7.*  
*mus, sicut Priscillam &c. cujus nos loci eruditissimus Zieglerus ad-*  
*monuit.*

X. Atq; is instituendis atq; componendis ad Baptismam Competentibus quadragesimæ maxime labor atq; negotium fuit, solenni scilicet Paschatis die divinam, quæ salutari aquâ confertur, gratiam haustris. Hieronymus: *Consuetudo autem apud nos istius modi est, ut his, qui baptizandi sunt, per quadraginta dies publicè tradamus sanctam & adorandam Trinitatem.* Cyrillus: *Opera pretium existimo, nunc continua repetitione atque summaria necessaria dogmata comprehendere, ne multitudine dicendorum, & intervallo dierum totius sanctæ Quadragesimæ, oblivio eorum, quæ diligenter mente*

*Hieron.*  
*ad Pam.*  
*mach*  
*advers9*  
*error.*  
*Joan.*  
*Hieros.*  
*Cyrill.*  
*Catech.*  
*Col. 71.*  
*A.*

tenenda essent, vobis inducatur. Et  
 alio loco: De tradita namque vobis Col. 194  
 ad profitendum sancta & apostolica D.  
 fide, quantum Catechesis capere po-  
 tuit, per Dei gratiam diximus præ-  
 teritis hisce Quadragesimæ diebus.

XI. Quo autem certior redde-  
 retur Ecclesia, quantum ex me-  
 liori, doctrina Catechumeni, Ba-  
 ptismum ambientes, addidicis-  
 sent, necessarium erat, ad examen  
 revocare Competentes, non multo  
 post salutare lavacrum adituros.  
 Et sufficiebat forsan, saltem sym-  
 bolum ita reddidisse reposcenti  
 Catechetæ vel alii, cujus id mune-  
 ris erat, ut quæ isto continentur,  
 dogmata ipsis quantum opus erat,  
 innotuisse, credi posset. Augusti- *d. temp.*  
 nus ad Catechumenos: Reddidi- *serm.*  
 stis quod creditis - Symbolum, didi- *135. pr.*  
 cistis, ubi est regula fidei vestra.  
 Eoque, quem paulo supra citavi-  
 mus, Canone, à Constantinopoli. *d. Can.*

tani Concilii Patribus sancitur,  
Baptizandos, quintâ septimanæ  
feriâ, fidem, symbolum scilicet,  
quod perdidicerant, Episcopo vel  
Presbyteris renunciare debere;

*de Eccl.  
offic. l. 1.  
c. 12. sup  
pr.*

idque ex præcepto etiam Concilii  
Laodicensi isto die in quibusdam  
Ecclesiis fieri solitum, Amalarius  
observat. Et forsân ista erat Professio  
fidei, quam à Catechumeno, jam  
velut in baptismi limine stante edi,  
moris erat. Augustinus de Victo-

*August.  
Confess.  
118-2.*

rini Rhetoris Catechumenatu ali-  
qua recensens memorat, ut ven-  
tum fuerat ad horam profitendæ  
fidei, quæ verbis certis, conceptis,  
retentisque memoriter de loco  
eminentiore in conspectu populi  
fidelis, Romæ reddi solebat ab iis,  
qui ad baptismum accessuri erant,  
Victorinum à presbyteris moni-  
tum, ut secretius redderet, sicut  
nonnullis, qui verecundiâ trepi-  
daturi videbantur, offerri mos  
erat.

erat, an  
saluten  
multi  
am ali  
ei nost  
um vo  
is reci  
nuncia  
on ad  
Yrilli  
bitre  
e fieri  
XII  
redder  
saluta  
quanta  
ut à C  
paulo  
saluti  
adeò  
ld qu  
aut pr  
habeb  
sive C

erat, animi constantiorem maluisse salutem suam in conspectu sanctæ multitudinis profiteri. Cyrillus lo- *Cyrrill.*  
 jam aliqua ex parte supra allato: *Fidei* *Catech.*  
*dei nostræ confessio, iterum atque ite-* *18. Col.*  
*rum vobis cum diligentia omni à no-* *192. A.*  
*bis recitata; per vos ipsos profiteri &*  
*enunciari fortiter debet; quamvis*  
 non adeò contenderim, si quis ista  
 Cyrilli ad professionem spectare  
 arbitretur, ipsa Baptismi celebratio-  
 ne fieri solitam.

XII. Quò verò purgatiores  
 redderentur animi, tantam gratiam  
 salutari fonte accepturi, id quoque,  
 quantâ poterat operâ agebatur,  
 ut à Catechumenis, cœlesti aquâ  
 paulo post perfundendis dæmones  
 salutis humanæ divinoque honori  
 adeò infensos, abesse juberent.  
 Id quod Exorcismis præstabant,  
 aut præstare sese, sibi persuasum  
 habebant. *Est enim Exorcismus,*  
*sive Conjuratio sermo increpationis*

adversus diabolum, ut discedat; definiente post Isidorum Amalario, ubi adjicit, oleo id peractum fuisse, quo scilicet ideò inuncti Catechumeni, ut si qua macula inhaeserunt corpori aut menti, postquam ad scrutinium accesserunt, recedant, & munimentum deinceps habeant per hanc unctiorem, ut non possit diabolus repedare. Cujus instituti rationem, (quàm rectè, alii judicent, reddens Vincentius à Tiberi: *Hereticos scimus esse peiores quàm Ethnicos; si ergo conversi ad Deum venire voluerint habent* (al. habemus) *utique regulam veritatis, quam dominus precepto divino mandavit Apostolis dicens; Ite, in nomine meo manum imponite, dæmonia expellite. Et alio loco: Ite & docete gentes, tingentes eas: Ergo primò per manus impositionem in Exorcismo, secundò per baptismi regenerationem possunt*

ap. Augustin.  
Tom. 7.  
de bapt.  
cont.  
Donat.  
l. VI. c  
44.

sunt ad Christi pollicitationem venire. Quæ quidem utcunque sese habeant, Exorcismis certè frequentioribus si non infelices Genios, saltem Catechumenos tantùm non eneatos fuisse, certum est; cùm videlicet hostem tam validum, antiqua hominis nondum ad meliorem vitam geniti possessione ferociorem, & locorum atque opportunitatis gnarum, difficilius aut exturbari, aut dejectum sua illicò repetiturum, depelli posse, non vano quidem metu conjicerent. Atque hinc illa Antistitum ad Catechumenos hortamenta, ne exorcismorù toties iteratorum tædio sese capi paterentur. Gregorius Nazianzenus: *Ne exorcismi medicinam asperneris, nec ob illius prolixitatem animo considas. Nam id quoque velut lapis quidem Lydius est, ad quem exploratur, quàm sincero quisque pectore ad Baptismum accedat.* Cyrillus

Gregor.  
Naz. d.  
orat. 40.  
p. 633.

Col. 54.

patientiam Catechumeni tam crebris adjurationibus fortè lassatam refecturus: Exorcismos studiosè suscipe, etiamsi inspiratus jam sis, & exorcisatus; salubris enim est tibi res ista: Nam ut rude infectumque aurum vel adulteratum multisque aliis commixtum mineris, (ut à cum cre, stanno, ferro, plumbo) si cupimus aurum tantum habere, non poterit illud sine igne ab diversis à se metallis purgari: sic absque exorcismis, anima progredi non poterit: divini enim sunt, ex divinisque Scri-  
 Col. 59. pturis collecti. Et illicò post, eorum  
 C. usum amplius extollens: Quemadmodum enim aurifabri, per quaedam subtilia instrumenta, sufflantes ventulum igni, & aurum in fornace conflantes, excitantesque ad propostam flammam, id quod querunt, reperiunt: Sic cum Exorcista per Spiritum sanctum incutiant timorem, & in corpore tanquam infornate

*animam accendunt, fugit tunc inimicus Demon, adest autem salus, & spes vite aeternae assistit: denique anima repurgata à peccatis, salutem consequitur. Idem alibi: Suscipe caelestem thesaurum, & in Exorcismis studiosè verferis. Augustinus susceptos ante baptismum labores istis in memoriã revocans, quibus ad accipiendum eum idonei satis aestimabantur, qui moribus adhuc improbi neque de se meliora pollicentes, doctrinæ Christianæ elementa utcunque percepissent;*

*Nonne intueamur alios, qui per annos singulos ad lavacrum regenerationis accurrunt, quales sint ipsis diebus quibz catechizantur, exorcizantur, scrutantur, quanta vigilantia conveniant, quo studio ferveant, quae cura pendeant.*

*August.  
de fid.  
& oper.  
C. 6.*

XIII. Istud haud omittendum, Competentes, postquam Ecclesiae doctrinam probitatemque suam



ita approbassent, ut jam digni haberentur, quos inter Cives suos illa reciperet, à reliqua Catechumenorum Competentiumque turba segregatos fuisse, baptismo scilicet propediem initiandos, ideoque *Electorum* nomine præ istis insignes. Animadverterunt illam

*Albasp.* vocabuli prærogativam Albaspi-  
*2. Obs. 2.* næus, Ruelius atque Hildebran-  
*§. 8. Ru-* dus, quorum tamen nullus ejus  
*el hist.* documenta adfert, excepto Hilde-  
*Concil.* brando, ex Ordine Romano istud  
*Tom. 1.* Diaconi referente, in sabbato ma-  
*Period.* gno selectam illam Catechumenorum  
*2. Peric.* Classem ad preces hisce verbis  
*4. Dia-* excitantis: *Orate Electi.* Nobis  
*scrib. 43* etiam, ut ne verum nostramque  
*Hildeb.* inopiam diffiteamur, non nisi u-  
*de Vet.* nius, quantum aut memoriâ aut  
*art.* schedis nostris complecti aut repe-  
*mor. C.* rite licuit, hanc in rem, isque Am-  
*3. § 15.* brofii locus occurrit; *Venit, in-*  
*De Hel.* quientis, *jam dies resurrectionis,*  
*Esjeun.* bapti-  
*6. 10,*

*baptizantur Electi.* Quo quamvis unico, egregio tamen testimonio nominis hujus usum satis comprobari posse putamus. Et simile præterea vero videri poterat, evenisse sæpius, ut Competentiū quosdam, cū quantum profecissent, periculum fieret, nimix inscitix, desidiæ aut alterius vitii compertos in aliud tempus rejiceret Ecclesia, quo in spem Baptismi maturescerent. Etenim cū, advertente Tertullia- *de bapt.*  
no, baptismum non temerè cuivis *c. 18.*  
credendum esse ii scirent, quorum id officium erat, non nisi istos tanto munere insigni oportebat, quàm qui eo sese dignos rerum divinarū scientiā morumque probitate præstitissent. Ex quo istud *Electorum* nomen, quos scilicet à turba ista, totoque ceterorum Catechumenorum cœtu, doctrinæ morumque studia, ipsius Ecclesiæ judicio approbata, secrevissent.

XVI. Penè, quod minimè de-  
 cuerat, neglexeramus) indicare,  
 quanti temporis spatio Catechu-  
 menatum Ecclesia definierit. Qua  
 in re non unam eandemque o-  
 mnium temporum, Ecclesiarum-  
 que rationem fuisse suspicari facilè  
 licet. Et quidem primâ Eccle-  
 siæ ætate illico post acceptam pro-  
 fessamque in Sospitatore nostrum  
 fidem, nulla interjectâ morâ, bap-  
 tismi copiam factam ostendunt,  
 exempla non regii tantùm Spado-  
 nis, à Philippo inter vias fortuitâ  
 aquâ tincti, sed & tot aliorum,  
 quos aut publica populi concio-  
 ne, aut privatis in ædibus Hiero-  
 solymis, Cælareæ, Ephesi, alibique  
 à Petro, Joanne, Paulo, Ecclesiæ  
 adjectos, etiam, ne quid gratiæ  
 deesset, baptismo auxere. At, ut  
 omittamus, quas in regio isto mi-  
 nistro, aliisve peculiare Tertullia-  
 nus observat, festinati baptismi

*Act. A-  
 post. V.  
 41. XI.  
 47. 48.  
 XIX. 5.*

*1. Bapt.  
 6. 18.*

causas, ita in universum forte suffi-  
ciat ista tum in nascentis Ecclesiæ  
decus atque incrementa exercita,  
à numine liberalitas, ut aut bap-  
tismo nondum abluti, aut illicò post-  
quam eo pristinas sordes deterfis-  
sent, Spiritu S. implerentur, post-  
quem jam non amplius Catechetâ,  
non Catechumenatu opus erat,  
quibus ad meliorem religionem  
vitamque formandis sese ipsum  
Numen obtulerat infuderatque,  
Apostolorum pariter verbis, ipso-  
que tanti Præceptoris, afflatu in-  
structis. Neque enim ita hisce ac-  
celeratum baptismum existimare  
licet, ut Christianæ religionis adeò  
rudes tanto beneficio ornaverint  
primi isti fidei divinæ præcones,  
sed quòd aspirante cœlesti gratiâ  
unò velut momentò brevissimo-  
que labore imbiberent, adquæ  
haurienda percipiendaque tantò  
sequioris ævi hominibus temporis  
in-

industriæque impendiô opus est. Augustinus memorata nobis sapius adversus istos contentione occupatus, quibus ad baptismum satis profecisse videbantur, qui salutaris doctrinæ mysteria utcunq; edocti vitæ ad præcepta exemplumque sui Servatoris formandæ ignari adhuc atque incuriosi degerent; *Spado, inquit, ille quem Philippus baptizavit, nihil plus dixit, quàm, Credo filium Dei esse Jesum Christum: Et in hac professione continuo baptizatus est. Num ergo, regerit Augustinus, placet, ut hoc solum homines respondeant, Et continuo baptizentur: nihil de Spiritu sancto, nihil de sancta Ecclesia, nihil de remissione peccatorum, nihil de resurrectione mortuorum: postremo de ipso Jesu Christo nihil, nisi quia filius Dei est, non de incarnatione ejus ex virgine, de passione, de morte Crucis, de sepultura, de tertii diei re-*  
*sur-*

*De fid.  
 & oper.  
 C. 9.*

surrectione, de ascensione ac sede ad dexteram patris aliquid dicendum est catechizanti, ac profitendum credenti? Si enim Spado cum respondisset, Credo filium Dei esse Jesum Christum, hoc ei sufficere visum est, ut continuo baptizatus abscederet: cur non id sequimur, atque auferimus cetera quæ necesse habemus, etiam cum ad baptizandum temporis urget angustia, exprimere, interrogando ut baptizandus ad cuncta respondeat, etiam si ea memoria mandare non valuit? Si autem Scriptura tacuit atque intelligenda admisit cetera, quæ cum illo Spadone baptizando Philippus egit, atque in eo quod ait; Baptizavit eum Philippus, intelligi voluit impleta omnia, quæ licet taceantur in scripturis gratiâ brevitatis, tamen serie traditionis scimus implenda; pari modo etiam in eo, quod scriptum est, evangelizasse Philippum Spadoni Dominum, nullo

nullo modo dubitandum est, & illa in Catechismo dicta esse, quæ ad vitam moresque pertinent ejus, qui credit in Dominum Jesum. Rarefcente sensim eximiâ istâ [haud diuturni temporis gratiâ, nobis quidem, haud integrum est, certi quid affirmare, quos Catechumenatui limites Ecclesia pegerit. Neque nobis, urgente præsertim librario, ad finem properantibus, penitius investigandæ rei otium aut copia

**d. C. 18.** suppetit. Tertulliano pro cujusque personæ conditione ac dispositione, aut ætate cunctatio baptismi utilior videtur, ut conjicias, seculo quo istum vixisse, vulgo notum est, liberæ observationis, neque aliqua lege quidquam præscriptum fuisse. **Can. 42.** Canone Eliberino certum tempus talibus, quo Catechumenatu continerentur, præstitutum, cujus Canone quodam *Eos, qui ad fidem primam credulitatis*

acce-

*accedunt, si bonæ fuerint Conversa-*  
*tionis, intra biennium placuit ad*  
*baptismi gratiam admitti debere:*  
*additâ exceptione, Ecclesiasticæ*  
*æquitati charitativæ congruâ,*  
*nisi infirmitate compellente, coëgerit*  
*ratio, vel ocysus subvenire periclitanti,*  
*vel gratiam postulanti. Patres Con-*  
*cilii Niceni collapsam paulo post* CAN. 26.  
*hac morum parte Ecclesiæ discipli-*  
*nam restauraturi: Quoniam multa*  
*vel necessitate taliter cogentibus ho-*  
*minibus facta sunt præter canonem*  
*Ecclesiasticum, ita ut homines è genti-*  
*li vita nuper accedentes ad fidem, &*  
*exiguo tempore eruditi, statim ad spi-*  
*rituale lavacrum ducantur, & simu-*  
*latq; baptizati fuerint, ad Episcopa-*  
*tum vel Presbyterium promoveantur;*  
*Rectè habere visum est, ut nihil de-*  
*inceps tale fiat. Nam & tempore*  
*opus est Catechumeno, & post bap-*  
*tismum prolatione majori: Atque*  
*legum istarum morumve memor*  
 Ju-



*Not. N.  
144. C.  
2. cit.  
etiam  
à Phot.  
Nomen  
Can.*

Justinianus de Samaritis præcipit ;  
ut qui omnino sensu aliquo bonæ  
doctrinæ tangi possent, per duos  
primum annos in fide instituan-  
tur, & pro viribus scripturas edi-  
scant : tuncq; demum sacro re-  
demptionis offerantur  
baptismati,



*Ad-*